Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 29

Quelle:
Copyright:

no domini M°. CCCCXXXIIII°. *Quo eciam anno fratres ſunt proſtrati.* Codicem noſtrum aetatem olim in *Bohemia* egiſſe, cum genealogica quaedam gentis lingua *fol.* 1. allita, tum *Johannes banta, nimburgenus anno domini* 1588. *fol. ult.* ſubnotatus demonſtrant. Itaque Librario noſtro *Fratres* ſunt *Taboritae Huſſi* aſſeclae, qui hoc anno 29. Maji intra *Pragam* et *Caurzimum*, caeſo utroque *Procopio*, internecione deleti fuere. Qua de re vide *Jac. Lenfant Hiſt. de la Guerre des Huſſites. Amſt.* 1731. T. II. *p.* 19. 4. Sed jam, quae reliqua ſunt Codicis, videamus. *Prophetae,* qui ſe ordine conſueto excipiunt, pluribus plerumque *Prologis*, iisque partim *Hieronymianis*, inſtructi ſunt, quorum initia damus. Iſaias: *Nemo cum viderit* &c. Jeremias I. *Jeremias propheta, cui hic prologus* &c. II. *Jeremias Anathothites* &c. Baruch: *Liber iſte, qui* &c. Ezechiel: *Ezechiel propheta cum ioachim* &c. Daniel: *Danielem prophetam iuxta LXX. interpretes* &c. Oſeas I. *Non idem ordo* &c. II. *Oſee crebro nominat* &c. III. *Regule ſunt hee ſub quibus* &c. IV. *Temporibus Ozie et ioathan* &c. Joel. I. *Sanctus Jobel aput hebreos* &c. II. *Jobel filius phatuel.* Amos I. *Ozias rex cum domini* &c. II. *Amos propheta et ruſticus* &c. III. *Hic Amos propheta non fuit* &c. Abdias I. *Jacob patriarcha fratrem habuit* &c. II. *Hebrei hunc eſſe dicunt* &c. III. *Eſau filius yſaac* &c. Jonas I. *Sanctum Jonam hebrei* &c. II. *Jonas columba et dolens* &c. Micheas I. *Temporibus Joathan et achaz* &c. II. *Sermo dei qui ſemper* &c. Naum I. *Naum prophetam ante aduentum* &c. II. *Sciendum autem quod quoniam* &c. III. *Cum Jonas et Naum* &c. IV. *Zelator dominus in ſalutem* &c. Habacuc I. *Quatuor prophete* &c. II. *Abakuk amplexans* &c. III. *Comentatur Jeronimus* &c. Sophonias: *Tradunt hebrei* &c. Aggaeus I. *Jeremias propheta ob cauſam* &c. II. *Cum cyrus rex perſarum* &c. Zacharias I. *Anno ſecundo darij* &c. II. *Cyrus rex perſarum* &c. III. *Zacharias memor domini* &c. Malachias I. *Deus per moyſen* &c. II. *Malachias qui interpretatur* &c. III. *Malachias interpretatur angelus* &c. Libri II. *Machabaeorum* tres habent Prologos. Primi duo ſunt epiſtolae *Hrabani Mauri* ad *Regem Ludovicum* et *Geroldum ſacri palatii archidiaconum* ejus in hos Libros Commentariis praetextae, extantque in ejus *Opp.* editione T. IV. p. 380. Tertius incipit: *Machabeorum libri duo praenotantur* &c. Illico ab eorum fine legitur: *prologus. b. Jeronimi in ewangelia. Nouum opus me facere cogis* &c. Hunc excipit brevis admonitio de ſecuturo *Evangeliſtarum Canone* harmonico, et miniatus Epiſtolae *Hieronymi ad Carpianum* titulus relicto ad inſerendam ipſam Epiſtolam ſpatio, quod Canon praedictus et terni rurſum Prologi ſequuntur. Prioris initium eſt: *Plures fuiſſe, qui ewangelia ſcripſerunt* &c. alterius: *Matheus ex iudea ſicut in ordine* &c. tertii: *Matheus cum primo predicaſſet* &c.

Mar-